# OFFICIUM
# S. ELISABETH
# VIDVÆ

Semiduplex.

*A Sac.Rit.Congreg.recognitum, & approbatum.*

De mandato Sanctissimi D. N. CLEMENTIS Papæ X. in Breuiario Romano apponendum.

*Et ab omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur ad libitum, recitandum die decima nona Nouembris.*





ROMÆ, Ex Typographia R. Cam. Apost. 1670.

*Superiorum permissu, & Priuilegio.*

*Die xix. Nouembris.*

# IN FESTO S. ELISABETH VIDVÆ.

## Semiduplex.

*Omnia de Communi Sanctarum nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ hic habentur.*

*Oratio.*

TVorum corda fidelium Deus miserator illustra, & Beatæ Elisabeth precibus gloriosis fac nos prospera mundi despicere, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum.

IN I. NOCTVRNO

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTVRNO

*Lectio* iv.

ELISABETH Andreæ Regis Hungariæ filia ab infantia Deum timere cœpit, & crescens ætate, creuit etiam pietate. Ludouico Lãtgrauio Hassiæ, & Thuringiæ in coniugem copulata nõ minori cura, quæ Dei quàm quæ viri sui erãt

exequebatur surgens enim nocturno tempore orationi diù incumbebat, ac varijs misericordiæ officijs dedita Viduis, Pupillis, Ægrotis, Egentibus sedulò inseruiebat, grauique fame vrgente Domus suæ frumenta liberaliter erogabat. Leprosos hospitio suscipiens manus eorum, & pedes osculabatur. Curandis autem, & alendis pauperibus insigne Xenodochium construxit.

*Lectio* v.

DEfuncto Coniuge, vt Deo liberiùs seruiret, depositis omnibus sęcularis gloriæ indumentis vili tunica induta est, atque Ordinem Pœnitentiũ Sãcti Francisci ingressa patientiæ, & humilitatis virtute maximè enituit. Nàm bonis omnibus exuta, à proprijs ædibus eiecta, ab omnibus derelicta cõtumelias, irrisiones, obtrectationes inuicto animo tolerauit, adeò vt summoperè gauderet se talia pro Deo pati. Ad infima quæque ministeria erga Pauperes, & Ægrotos se abijciens, eis necessaria procurabat, solis oleribus, & leguminibus pro suo victu contenta.

*Lectio* vj.

CVm verò in his, alijsque plurimis sãctis operibus vitam religiosissimè trãsegisset, finis tandem

suæ

suæ peregrinationis aduenit, quem domesticis suis ante prædixit. Cumque defixis in cœlum oculis diuinę contemplationi vacaret et à Deo mirabiliter recreata, & Sacramentis refecta obdormiuit in Domino. Statimque plurima ad eius tumulum miracula patrata sunt. Quibus auditis, & ritè probatis Gregorius Nonus Sanctorum numero eā adscripsit.

*Missa de Communi nec Virginum, nec Martyrum.*

# Vrbis, & Orbis.

S*Ac. Rituum Congregatio ad preces Eminentiſſimi D. Cardinalis Lantgrauij Haſſiæ ſupradictas Lectiones, & Orationem proprias S. Eliſabethæ Viduæ recitandas, cum ſuo Officio ſub ritu Semiduplici ad libitum die* 19. *Nouembris eiuſdem Feſto ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, reuiſas, & relatas per Eminentiſſ. D. Cardinalem Bona approbauit, & imprimi poſſe conceſſit. Hac die* 13. *Septembris* 1670.

M. Epiſc. Portueñ Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

*Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Cong. Sec.*



## Vrbis, & Orbis.

SAc. Rituum Congregatio ad preces Eminentissimi D. Cardinalis Lantgrauij Hassiæ supradictas Lectiones, & Orationem proprias S. Elisabethæ Viduæ recitandas, cum suo Officio sub ritu Semiduplici ad libitum die 19. Nouembris eiusdem Festo ab omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, reuisas, & relatas per Eminentiss. D. Cardinalem Bona approbauit, & imprimi posse concessit. Hac die 13. Septembris 1670.

M. Episc. Portueñ Card. Ginettus.

Loco ✠ sigilli.

*Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.*

